



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

14. De ijs, quæ in isto præcepto simul prohibentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

nisi coniungatur cum mortali copula, putà, fornicatione, adulterio, & alijs: vnde sit, vt inter coniuges non sit monie, vt habet Sylu. verb. d. bitum. §. 6. nisi sit periculum seminis effusionis extra vas, aut fœtus impeditatur: tunc enim clementia, alijs veniale esset, nisi ob aliquam fieret necessitatem.

Tertium est sodomia, est quidem notum peccatum, sedominabile, & irae Dei nimis prouocatum.

Omnium tamen pessimum est bestialitas, cum copulatio, cum bruto animali, nec humana nequitia yltra ferè ascendat. Sunt autem pro hoc, & pro antecedenti peccato, mortis pena in iure ciuili merito statuta: nec enim debet vivere homo, qui cum sit homo, non viuit ut homo.

*De his, quæ in isto precepto simul prohibentur.*

#### C A P V T XIV.

**N**on solum quæ dicta sunt vitia, sed alia etiam multa, peccatum faciunt mortale contra istud preceptum. Primo quidem desiderium, & affectus deliberatus rei venereæ, & ipsius operis, quod est mortale, facit etiam mortale. Dico autem deliberatum, cum homo affectat & cōcupisca ea, cum à tali possit affectu abstinere.

Secundò, oscula, tactus, amplexus ob carnalem delectationem, sunt etiam peccata mortalia, quamvis homo non intendat copulam, sed solum delectationem carnalem ex his insurgeat, vt bene docet Caiet. opusc. de delectatione mortali, tomo, quia talis delectatio ex se ad copulam ordinatur. Larent tamen ista intersponsos, dummodo non esset penitendum probabile pollutionis: tunc enim esset mortale, et umbras coniuges.

Tertio, videre sceminas aut viros, animo concupiscendi ad copulam, etiam est mortale; tamen ad solum delectationem carnalem, quæ ex visione insurgit, solum est veniale, vt notat Caietan. loco allegato. Idemque dicendum de auditu & locutione rerum venerearum, si deliberatio non transit ad res ipsas, quæ per talia verba exprimuntur: tunc enim mortale est.

Quarto, opera externa, quæ sunt ordinata, & hoc animo fa-

cta, pu-

ta, putà, ad rem venereum, sunt mortalia, vt vestire se nouis  
rūmentis, vt ab alijs concupiscatur, literas amatoria scribe-  
n, visitare loca talia, & reliqua huiusmodi.

Quintò, delectatio morosa etiam est peccatum mortale. In  
cuius gratiam aduertere, delectationem consequi in nobis ex  
cognitione aliqua, siue per intellectum, siue per imaginatio-  
nem, siue per sensus fiat. Cum autem delectatio sequitur ex  
cognitione alienius rei, & facti boni, non est mala; cum vero  
consequitur ex aliqua re mala, tunc potest esse mala, si sit mo-  
rosa. Dicitur autem morosa, cum homo consentit delectatio-  
ni illi libere, aut cum potest prohibere, & tenetur prohibere,  
& non prohibet, & remouet. Cum igitur delectatio sequitur  
ex cognitione alicuius peccati mortalis, est mortale, si moro-  
sa sit: vt qui cogitat rem venereum, & ex tali sequitur delecta-  
tio morosa, mortaliter peccat, aut consentiendo delectationi,  
aut non expellendo eam, cum possit, & teneatur; idemque est  
de alijs peccatis.

Aduerte autem, quòd non omnis delectatio est delectatio  
morosa, cum non prohibetur, licet possit prohiberi, sed cù non  
prohibetur ob ipsam delectationem, quia homo vult delecta-  
ti: si enim non prohibet, ob finem bonum, vt qui causa vin-  
sendi tentationes, & pugnandi, id faceret, nō peccaret, nisi sub-  
ieter periculum eosontiendi. Ut autem sit peccatum, deber ho-  
mo aduertere talem delectationem, aut debuisse aduertere, a-  
lijs non est mortale, vt dictum est de pollutione.

Nota tamen, delectationem morosam non solum esse pec-  
catum mortale, cum consurgit ex actu mortali, sed cùm etiam  
consurgit ex actu alias licito, sed non tunc, vt qui cogitat a-  
ctum coniugalem post factum, & delectationi presenti modo  
consentit, mortaliter peccat, quia ille actus non est licitus, nisi  
cum sit.

### De septimo præcepto, Quid sit furtum.

#### C A P V T XV.

**S**eptimum præceptum habetur Exod. 20. Non furaberis. Er-  
ga quod quatuor inquirenda sunt. Primò quid sit fur-  
tum. Secundò, quot, & quæ ipsius species. Tertiò, qua-  
& quantum peccatum. Quartò, ad quæ tencatur, qui fura-  
bus est.

N n 5

Quan-